



neris, teipsum relinque. *De Spirit. instit.*, cap. 2.

31. Abnegat sui, sectator est Christi. *Opusc.* 41, cap. 19.

ALVIANUS. 32. Abdicat te a teipso, ne abdiceris a Christo : repudia te, ut recipiaris a Christo : perde te ipse, ne percas : dilige hanc tuam salubrem perditionem, ut assequaris veram salutem. *Lib. 5, de Gubernat. Dei.*

S. THOMAS AQUINAS. 33. Odium et abnegatio sui ipsius, est de necessitate salutis. *De Perfect. vite spirit.*, cap. 10.

34. Sicut homo dimittens divitias, vel personas conjunctas, eas abnegat : ita deserens propria voluntatis arbitrium, per quod ipse sui ipsius dominus est, seipsum abnegare invenitur. *Ibid.*

THOMAS A. REMPSIS. 35. Hec perfecta est renuntiatio, seipsum ex corde relinquere. *Serm. 1, ad Fratres, divis. 2.*

36. Unum summe spirituali necessarium est, ut omnibus relictis se relinquat, et a se totaliter exeat. *Lib. 2, de Imitatione Christi, cap. 11, sect. 4.*

37. Fili, non potes perfectam possidere libertatem, nisi totaliter abneget temetipsum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 32.

38. Non est minimum, etiam in minimis seipsum relinquere : verus profectus hominis est, abnegatio sui ipsius ; et homo abnegatus, valde liber est. *Ibid.*, cap. 39.

39. Si vere velit homo animalis esse spiritualis, oportet eum renuntiare tam remotis, quam propinquis, et a nemine magis cavere, quam a seipso. *Ibid.*, cap. 53, sect. 2.

40. Fili, relinque te, et invenies me : relinque te, et frueris magna interna pace, de totum pro toto. *Ibid.*, cap. 37, sect. 1 et 3.

41. Oportet te saepe agere quod non vis ; et quod vis oportet relinquere. Quod aliis placet, processum habebit ; quod tibi placet, ultra non proficiet. *Ibid.*, cap. 49, sect. 4.

42. Fili, quantum a te vales exire, tantum in me poteris transire. *Ibid.*, cap. 56.

Vide etiam tit. *Relinquere*, sent. 65, 67, 125 ; *Sequi Christum*, sent. 116 ; *Voluntas propria*, sent. 119.

REQUIES.

Definitio. Requies est, per quam menti quaedam securitas ex contemptu pertinetur varietatis affertur. *De Fructu carnis et spiritus*, cap. 14.

S. JOAN. CLIV. Quies est depositio sensuum, curarumque rationabilium abnegatio. Gradu 28, de *Differentia quietis*.

S. DONAV. Divisio. Triplex est quies : est quies conscientiae ; est quies simplicis gloriae ; est quies glorificationis composita. Prima est quies ; secunda est requies ; tertia est conquies. *Super Psalm. xci.* Quadruplex est requies : diabolica, humana, divina,

angelica : prima diabolica, quia per peccatum diabolus in peccatore, et peccator in diabolo requiescit ; secunda humana, qua anima requiescit in Deo, cujus tres sunt conditiones : prima est penitentia, secunda affluentia in consolatione, tertia constantia in tentatione ; tertia divina, quia Deus spiritualiter in anima devota requiescit in linteo munditiae, in aromatibus virtutum et gratiae, in lapide perseverantiae ; quarta angelica, est gloria, in qua angeli cum hominibus, et homines cum angelis requiescent. *Serm. 4 in Sabato sancto, in illud : Requiescit Deus die septimo.*

Duplex est requies : una in bonis exterioribus ; alia in bonis spiritualibus : ad primam egreditur homo a reque mentis ; ad secundam, quae est intima, ingreditur. *Super Epist. ad Hebraeos, cap. 4.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Grande est intra se aliquem tranquillum esse, et sibi convenire. *Lib. 2, de Jacob, cap. 6.*

2. Sicut fatigatio corporalis solvitur per corporis quietem, ita etiam oportet quod fatigatio animalis solvatur per quietem animi : quies enim animi, est delectatio seu remissio. *Part. 4, tit. 4, cap. 10, § 3.*

3. Quies est apud te valde, Deus meus, et vita imperturbabilis : qui intrat in te, intrat in gaudium Domini sui, et non timebit, et habebit se optime in optimo. *Lib. 2, Confessionium, cap. 10.*

4. In illa requie, ubi opera servilia jubentur cessare, magna est altitudo gratiae Dei : tunc enim fiunt cum reque opera, cum fides per dilectionem operatur. *Lib. 3, super Exodum, quaest. 172.*

5. In hac vita homines magnis laboribus requiem quarunt, sed pravis cupiditatibus seducti, non inveniunt. *Proseca.*

6. Volant requiescere in rebus inquietis et non permanentibus, et quia illa tempore subtrahuntur et percunt, timoribus et doloribus eos agitant, nec quietos esse permittunt. *De Catechis. rudib., cap. 16.*

7. Si in divitiis velit homo requiescere, magis superbus efficitur quam securus. *Ibid.*

8. Tu qui veram requiem, qua post hanc vitam christianis promittitur, quaeris, etiam hic eam inter amarissimas vite hujus molestias, suavem jucundamque gustabis, si ejus, qui eam promisit, praecepta dilexeris. *Ibid.*

9. Intendite, fratres, venale est. Venale est quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habet venale? Requiem venalem habeo, emo illam. Si verum vis comparare et verum judicare, aeterna requies, aeterno labore recto emitur : quanto labore

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

digna est requies quae non habet finem? digna est quidem emi labore perpetuo, sed necesse est ut labore temporali ematur. *Super Psalm. xciii, vers. 20.*

10. Tuta et firma requies est infirmis et peccatoribus in vulneribus Salvatoris. *In Manuali, cap. 24.*

11. Ignavia quasi quietem appetit, quae vero quies certa praeter Dominum? *Lib. 2 Confessionium, cap. 6.*

12. Quod quietum est, non est nihil, imo etiam magis est, quam id quod inquietum est. *Lib. 3 de Lib. arb., cap. 8.*

13. Requiescite in Deo, et quieti eritis. *Lib. 1 Cons., cap. 12.*

14. Dura sunt omnia, et tu solus requies. *Ibid.*, lib. 6, cap. 16.

15. Feestis nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. *Ibid.*, lib. 1, cap. 4.

16. Ambulamus in re laboris, sed in spe quietis. *Epist. 419, cap. 14.*

17. Ubi pax, ibi requies : ubi requies, ibi finis appetendi, et nulla causa laborandi. *Epist. 45.*

18. Amant requiem sive pie anime, sive inique, sed qua perveniant ad illud quod amant, plurimae nesciunt. *Epist. 419, cap. 10.*

19. Multa per corpus delectant, sed non est in eis aeterna requies, nec saltem diuturna. *Ibid.*

20. Cum anima Deo delectatur, ibi veram, certam, aeternam invenit requiem, quam in aliis quaerebat, nec inveniebat. *Ibid.*

21. Anima ad ea quae amant propterea nituntur, ut perveniendo requiescant. *Ibid.*

22. Cum requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus. *Ibid.*

23. Magnum est nobis a Deo extitisse, sed majus erit in illo requiescere. *Lib. 4 de Genesi ad lit., cap. 17.*

24. In hac vita homines magnis laboribus requiem quaerunt, sed non inveniunt : volunt enim requiescere in rebus inquietis et non permanentibus. *De Catechis. rudib., cap. 16.*

25. Qui veram requiem desiderat, debet tollere spem suam de rebus praetereuntibus. *Ibid.*

26. Homo peccato lapsus perdidit requiem quam habebat in Verbi divinitate, et recepit eam in ejus humanitate. *Ibid.*, cap. 17.

27. In sempiterna vita sanctorum, nec operosa erit actio, nec requies desideriosa. *Ibid.*, cap. 25.

28. Spiritus requies aquirenda est. *De Cura pro mort., cap. 5.*

29. Deus novit quiescens agere, et agens quiescere. *Lib. 22 de Civitate Dei, cap. 17.*

30. Requies Dei, requiem significat eorum, qui requiescent in Deo. *Ibid.*, lib. 11, cap. 18.

31. Justorum animas defunctorum, quod in requie vivant, dubitare fas non est. *Ibid.*, lib. 13, cap. 19.

32. Requiem quae continuo post mortem datur, si ea dignatus est, tunc accipit quisque cum moritur. *Tract. 49 super Joan.*

33. Praesta mihi in finem, ut me excipiat requies cum securitate, securitas in aeternitate. *Lib. 1 Medit., cap. 10.*

34. Oportet nos de labore ad requiem pervenire potius, quam de requie ad laborem. *Homil. 25 ex liii Homil.*

35. Diuturna quies vitii alimenta ministrat. *In suis Proverb., verbo Diuturna.*

36. Qui jucunde quietis pacem fugitat, curiosus inquietudine delectatur. *Serm. de Convers. ad Clericos, cap. 12.*

37. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, et ipsa requies sit plena sapientia, studiis et bonis cogitationibus. *De Discip. scholar.* Hab. apud Bedam. *Axiomat. philos., verbo Non semper.*

38. Stultum et rationi contrarium est, ibi quiescere, ubi est laborandum. *Serm. de S. Petro ad vincula.*

39. Animum cura implicat, quies explicat. *Serm. 1 super Cant.*

40. In deserto hujus mundi homines requiescunt, non filii hominum. *Super Judith., cap. 5.*

41. In terrenis caro quiescit, sed spiritus deficiit. *Super Job, cap. xi.*

42. Requies diaboli, lectulus tentationis est. *Super Isaiam, cap. xiv.*

43. Ibi nulla quies, ubi Spiritus sancti consolatio deest. *Super Thren., cap. iii.*

44. Eo illic inopinatus hostis gravior percussit, quo longo quietis via negligentes invenit. *Lib. 31 Moral., cap. 17.*

45. Perfectis omnibus requies sequitur, quia post bona vite presentis opera retributio aeternae quietis invenitur. *Lib. 6 Moral., cap. 15.*

46. Quis valet Deo recedente requiescere, cum solus ipse sit requies : et a quo quisque quanto longo fuerit, fit tanto inquietus? *Ibid.*, lib. 12, cap. 3.

47. Vera requies unitate est, dividi quippe unum non potest : ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. *Homil. 24 super Evangel.*

48. Quies ex corde appendenda est, et tamen pro multarum lucro animarum postponenda. *Lib. 6 in Registro, indict. 15, cap. 469, epist. 5, ad Cyriacum episc. Constantinop.*

49. Sanctorum requies nullo clauditur ter-

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. DONAV.

ROBERTUS.

S. DONAV.

GILBERTUS.

ANGLOS.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGN.



- f. BERNARD. 40. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegii crimen esse dignoscitur. In *Declamat.*
41. Fuge rem, et tene nomen. *De Duodecim Grad. humilit.*, grad. 4.
- CASSIODOR. 42. Res salutaris quotiescumque repetitur, necessaria semper inde sumuntur. Super *Psal.* LXXX.
- S. EPHELEM. 43. Res nullius momenti saepe magnorum malorum causa efficitur. *De Perfect. monach.*
- S. EUSEBIUS EPISSEN. 44. De rebus ad praesentia subsidia concessis, detrimenta vitae aeternae nequitia mortalium operatur. Homil. 4 *Epiph.*
- FRANCISCUS TITELM. 45. Nimis est vecors et excors, nisi inconsideratus et insipiens, qui Deum sufficientissimum negligens, rebus caducis, animum humanum ex plere nequaquam sufficientibus, cor apponit. In *Elucid.*, super cap. viii *Job*.
- GLOSS. ORD. 46. Res divinae non ostentationi, sed audientium videntiumque inseruiunt salutem. Super *Iosue*, cap. iv.
- GLOSS. INT. 47. Non res ac sensus propter litteras, sed litterae ob manifestationem rerum reperta. Super *IV Reg.* xxv.
48. Res privata superbos facit. Super *Psal.* CXXX.
- GLOSS. ORD. 49. Res absconsa avidius quaeritur, celata venerabilis conspicitur, diu quaesita charius tenetur. Super *Math.*, cap. vii.
- S. GREGOR. MAGNUS. 50. Rem quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora, ita ab oculis nostris in praesenti subtrahit causa. Homil. 4 super *Ezech.*
51. Eri aliquando causa periculi res salutis. Lib. 7 in *Regist.*, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Syagrium*, episc.
- S. GREGOR. NYS. 52. Indita est naturae rerum divina quaedam ars ac facultas, quae res conditas quasi nexu quodam stabilitas perpetuaret, dupliciter vi cuncta moderaretur. *De Homini. opificio*, cap. 1.
- S. GREGOR. THACMAT. 53. Res humanae cum adhuc oriri videntur, iam finis arripit. Super *Ecclesiasten*, cap. ii.
54. Res inaequalis omnis expertes, impura manu contractae, nefarium et execrabile est. *Ibid.*, cap. 7.
- S. HIERON. 55. Pars sacrilegii est rem pauperum dare non pauperibus. Epist. 26, ad *Pammach.*
56. Celere habitu res finem, sine fine macerantur. Epist. 4 ad *Demetriadem*.
- HUGO A S. VICTORE. 57. Diu rem pertractare antequam iudices, discas. Lib. 3 *Didasc.*, cap. 14.
- HUGO CARD. 58. Res quam habetur in sinu, secunda est. Super *Luc.*, cap. vi.
59. Res diligentius, quanto est sollicitius quaesita, servatur, cum ipsius utilitas cognoscitur. Super *I Joan.*, cap. 1.

60. impossibile est, ut rem fortem, et egregiam quis unquam faciat, nisi antea adversus omnia, quae obistere possunt, se armet et instruat. Homil. 34 super *Gen.*
61. Omnium tibi rerum Deus exempla praebuit ut terminos conserves, et constitutas regulas non transgrediaris. Homil. 79 super *Math. Oper. perf.*
62. Omnis res mala tamdiu stare videtur, quamdiu bonae rei potest nocere: cum vero manifestata fuerit, iam non potest nocere et jacet mortua, et sic similis est rei, quae non est. Homil. 26 super *Math. Oper. imperf.*
63. Perfectum odium, et perfectus amor iudicium rerum non cognoscunt. *Ibid.*, homil. 42.
64. Prudens non sciens, et doctus, sed sensatus est, qui potest rerum ponderare naturas, et omnia regere. *Ibid.*, homil. 54.
65. Qui praesentibus rebus, et praecipue magnis inhiat, is vilis est, et abjecti animi. Homil. 70 super *Joan.*
66. Res nostrae profecto risu, confusione, accusatione, supplicio, poena, extremisque malis et gehenna, nullaque venia dignae sunt. Homil. 41 super *Acta Apostolorum*.
67. Res humanae nihilo meliores sunt puerilibus ludis, vel etiam viliores: quae hodie existunt, eras nusquam apparent. Homil. 1 super *I Cor.*
68. Magnae res nulla possunt ratione manifestari. *Ibid.*, homil. 4.
69. Satis ipsa rerum experientia, nemine loquente docet quanta sit praesentium rerum vilitas, quanta miseria. *Ibid.*, homil. 8.
70. Carnalis homo rebus praesentibus addictus est, atque in his perpetuo versatur. Homil. 3 super *II ad Cor.*
71. Nihil esse deterius potest, quam velle divinas res humana ratione discernere atque metiri. Homil. 2 super *II ad Timoth.*
72. Rerum humanarum natura, fumo in aera evanescente fugacior est, et umbra praercurrante inanius. Homil. de *Avaritia*.
73. Nihil est humanis rebus infirmius: quae propter quocumque nomine earum vilitatem significaveris, minus quam pro rei veritate dixeris, et usque adeo sunt fragiles, ut magis nihili sint, quam nihil ipsum, et in praecipiti stent. Serm. in *Eutropiam*.
74. Res pretiosa villi pretio non comparatur. Homil. 35 super *Math. Oper. imperf.*
75. Quid sunt res humanae? cinis, et pulvis, et fumus, et umbra, et folia cadentia, et flos, et somnium, et narratio, et fabula, et ventus, et aer, et penna mobilis, et unda decurrens. Homil. 9 super *Epist. ad Hebr.*

76. Qui res huius saevuli miratur, coelestes contemnit. *Ibid.*, homil. 25.
77. Omnes res terrene funes sunt, et implicamenta, quibus ligantur terreni. *Ibid.*, homil. 25.
78. Res illae, quae ad Deum pertinent, clarae sunt: res vero humanae, umbrae sunt. *Ibid.*, homil. 25.
79. Rerum affluentia a Deo data his, qui non opportune utuntur, magna ad damnationem accessio est. *Prosec.*
80. Asperitas autem rerum et angustiae bonis viris accessio coronae sunt, etiamsi interdum probabatur. Orat. 3 de *Fato*.
81. Longe prestantius est moribus splendere, quam rebus: nec rerum unquam specie illustrabitur, quem suae turpitudinis macula dehonestat. Lib. 5 de *Nuptis civil.*, cap. 17.
82. Res quae minus per se advertuntur, per comparisonem rerum facile capiuntur. Lib. 3 de *Summo bono*, cap. 14, sect. 3.
83. Res, non verba quaeruntur. Lib. 3 de *Divin. inst.*, cap. 13.
84. Unaquaque res potius ex aestimationis consuetudine, quam ex sui natura cognoscitur. Serm. de *Nativitat.*
85. Rerum unum tribuit Deus, sed privatam damnat affectum. Serm. de *Ramis palmar.*
86. Rei, ex qua conflictus oboritur, melius est gratuitam ignorantiam possidere, quam de comparanda saepe oblivione confligere. Lib. 7, epist. 48, ad *Guillem. comitis*.
87. Quaelibet res periclitur, per hoc quod subditur suo superiori. 2, 2, quaest. 81, art. 7.
88. Res in sacra Scriptura dicitur fieri, quando innotescit. Super 3 *Sent.*, dist. 18, art. 1, ad. 3.
89. Res monachorum saecularibus data, ignis est; et ubique ingreditur, consumit. Lib. 5, libel. 13, num. 13.
- SENTENTIA PAGANORUM.
90. Veritas rei est ipsa res. Lib. 8 *Theolog.*, cap. 6.
91. Fieri non potest, aut non facile fit, ut is res agat praeraras, cui facultates desunt. Lib. 1 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 8.
92. Res in sacra procul dubio est nobilior et insignior, quam in seipsa causata. Lib. 12 *Theolog.*, cap. 21.
93. In rebus severis non est jocandi locus. Lib. 2 de *Divinat.*, num. 25.
94. Rem opinor spectari oportere, non verba. Lib. 5 *Tusc. quaest.*
95. Qui res suas ignorat, eadem sane ratione, res aliorum ignorabit. Sisygia 4, in *Dialog. 1 Alcibiadis*.

96. Lave momentum in adventitius rebus est. *De Consolat. ad Helviam*, cap. 5.
97. Res loquuntur, nobis tacentibus. Lib. 2 de *Benefic.*, cap. 14.
98. Non potest res magna sine adminiculo Numinis stare. Epist. 11.
99. Laxum spatium res magna desiderat. Epist. 88.
100. Si tibi res exiguae sunt, non tamen sint angustae. *De quatuor virtut.*
101. Magnarum rerum, etiamsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus. *De Moribus*.
102. Rebus mundanis in causis tantum necessariis utere. *Sent.* 16.
- Vide etiam tit. *Displacere*, sent. 32; *Esse*, sent. 76; *Festidium*, sent. 43; *Finis*, sent. 132; *Intentio*, sent. 19; *Nomen*, sent. 63; *Uus*, sent. 56.

## RESPUBLICA.

- Etymologia.* Respublica graeco πολιτεια et πολιτειον collectio, rempublicam genere dicitur.
- Definitio.* Respublica est res populi. Lib. 3 de *Civili. Dei*, cap. 21.
- Respublica est paucorum potestas, in qua census magistratus declaratur. Lib. 1 *Rhetor.*
- Majestas republicae est, in qua continentur dignitas, et amplitudo civitatis. Lib. 4 de *Arte rhetor. ad Herem.*, num. 35.
- Respublica est quoddam corpus compaginatum ex membris quod divini muneris beneficio animatur, et summe aequalitatis agitatur motu, et regitur quodam lumine rationis. In *Instit. Trojani*.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Omnium christianorum una respublica est. *De Opere monachorum*, cap. 25.
2. Nihil tam inimicum est civitati, quam iniustitia: nec omnino, nisi magna iustitia geratur, stare potest respublica. Lib. 2 de *Civili. Dei*, cap. 21.
3. Nostra aetas cum rempublicam sicut picturam accepisset, egregiam, sed evanescentem vetustate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat ornata, renovare neglexit; sed ne id quidem curavit, ut formam saltem ejus, et extrema tanquam lineamenta servaret. *Ibid.*
4. Vera iustitia non est, nisi in ea republica, cuius conditor rectorque Christus est. *Ibid.*
5. Hominum multitudo populum facit, cuius res dicitur esse respublica. *Ibid.*, lib. 19, cap. 21.
6. Rempublicam genere, non criminis est; sed ideo agere rempublicam, ut rem familiarem potius augeas, videtur esse damnable. *De verb. Dom.*, serm. 19.
7. Sine obedientia respublica stare non potest. Serm. 3 ad *Frates in eremo*.

8. Multi putant christianam doctrinam utilitati non convenire republicam, quia nolunt stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiatorum. Epist. 3.

9. Quid est respublica, nisi res populi? Res ergo communis, res utique civitatis. Epist. 5.

10. Felix non est respublica stantibus moribus, roentibus moribus. Lib. 1 *de Civit. Dei*, cap. 33.

11. Quidquid utile reipublice judicaveritis, peragite: neque aliquid quod utilitas reipublice exigit, negligatur. Lib. 12 in *Registro*, ind. 7, cap. 23, epist. 23, *ad Mauritium*.

12. Tolle potestatem, et aliud non erit respublica quam plena seditionis confusio. *De Ruina monast. ord.*, cap. 7.

13. Prima in omni republica desolationis via, est inobediencia subditorum. *Ibid.*, cap. 7.

14. Olim pauperes magistratus opulentiam rempublicam habebant: nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam. Lib. 1 *de Gubern. Dei*.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 15. In unaquaque republica tantum amicitia constat esse, quantum et justia. Lib. 8 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 11.

16. Ubi non maxime honoratur virtus, ibi non est possibile firmum optimorum esse in republica statum. Lib. 2 *Polit.*, cap. 9.

17. Ubi leges non prevalent, non est respublica. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4.

18. Non simul ad rempublicam gubernandam recipiantur filius et pater, frater senior, ac junior. *Ibid.*, lib. 5, cap. 6.

19. Maximum omnium ad rempublicam stabilitatem, est id quod nunc parvifaciunt omnes, erudi ad rempublice disciplinam. *Ibid.*, cap. 9.

20. Semper melior mos causa est melioris reipublice. *Ibid.*, lib. 8, cap. 1.

CICERO. 21. Ubi nunc est respublica, ibi simul potius, quam dum veterem sequimur, simul in nulla. Lib. 9, epist. 9.

22. Te non horror solum, sed plane etiam oro, ut tota mente, omnique animi impetu in rempublicam incubas: nihil est quod tibi majori fructui, glorioque esse possit. *Prosec.*

23. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est preclarior, aut prestantior, quam de republica bene mereri. Lib. 10, epist. 5, *ad Plancum*.

24. Curemus ne quid detrimenti republica capiat. Lib. 16, epist. 11, *ad Terent.*

25. Ars est difficilis, recto ut decet, rempublicam gerere. Lib. 27, epist. 24 *ad Atticum*.

26. Respublica duabus rebus continetur, premio scilicet et pena. Epist. 15, *ad Brutum*.

S. GREGOR. MAGNUS.

JOAN. TRITH.

SALVIANUS.

ARISTOTEL.

CICERO.

27. Maximus in republica modus est, inopia rei pecuniariae. Epist. 18 *ad Brutum*.

28. Nulla re conciliare facilis benevolentiam multitudinis possunt, hi qui reipublice presentiam, quam abstinentia et continentia. Lib. 2 *de Offic.*

29. Habere quastui rempublicam, non modo turpe est, sed et sceleratum, et nefarium. *Ibid.*

30. Tunc peritura est respublica, cum ferrum vel aes magistratus auctoritatem obtinebit. Sisygia 4, lib. 3 *de Republ.*

31. Respublice bene preesse negotiis laude dignissimum est. Lib. 7, epist. 15, *ad Saturnin.*

32. Respublica quasi quadam civilis, et domus est. Lib. 8, epist. 16, *ad Paternum*.

33. Si rempublicam ex utilitate omnium reris; certus sis te bene rempublicam gerere. In *Paenetr. de Trojano Augusto*.

Vide etiam tit. *Princeps*, sent. 90, 91, 93; *Proprietas*, sent. 103.

RESTITUTIO.

Definitio. Restitutio est in pristinum statum reparatio.

Restitutio est justitia inclinans satisfacere proximo, ratione damnificationis illatae sibi. In *Descript. termario*, cap. *Justitia*.

Restituere nihil aliud esse videtur, quam iterato aliquem statueri in possessionem, vel dominium rei sue. 2, 2, quest. 62, art. 1.

Comparatio. Sicut restitutio faciendi non est, nisi ejus rei que injuste possessa est: sic nec alicui restituenda, nisi illi qui ea injuste destitutus est. *Opusc.*, cap. 15.

Sicut non satisfiti Deo de injuria sibi illata, nisi per penitentiam: ita nec proximo de re injuste spoliata, nisi per justam restitutionem. *Ibid.*, cap. 17.

SENTENTIE PATRUM.

1. Non sufficit solummodo reddere quod ablatum est: sed pro contumelia illata, plus debet reddere quam abstulit. Lib. 4 *Cor. Deus*, cap. 11.

2. Sicut qui ledit salutem alterius, non sufficit si salutem restituit, nisi pro illata doloris injuria recompensat aliquid: ita qui honorem alicujus violat, non sufficit honorem reddere, si non secundum exhonorationis factam molestiam aliquid quod placeat illi, quem exhonora vit, restituit. *Ibid.*

3. Qui detinet alienum contra voluntatem, moratur in peccato, et sic semper auget peccatum: et quoties menti occurrit se detinere alienum, et proponit retinere, et non reddere, toties de novo peccat mortaliter. Part. 4, tit. 15, cap. 4, § 12.

4. Nullum peccatum periculosius est furto: nam de aliis homo dolendo et confitendo salvatur,

PLATO.

PLINIUS II.

S. AUGUST.

COLLECTOR.

JOAN. GENS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANSELM.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. DONAT.

S. ANTONIO.

sed de isto oportet ut etiam satisfaciatur de alieno ablato, aliqui nisi valet penitentia. *Ibid.*

5. Nimis difficile videtur hominibus excurrare peccatiam, et restituere: et facilius inducuntur ad dandum elemosinas, vel faciendum ecclesias, et hospitalia, quam ad restituendum, quod non sufficit. *Ibid.*

6. Testificando falsum advertenter, tenetur ad restitutionem omnium que exinde proximus amisit propter ejus testimonium. Part. 2, tit. 1, cap. 19, § 7.

7. Nimis durum sibi videtur, ut quis reddat, que cum tanto labore acquisivit. *Ibid.*, cap. 6, § 3.

8. Quod injuriose quisquis abstulit, reddat, si tamen habet quod abstulit, vel aliud unde illud restituat. Epist. 54, *ad Macedonium*.

9. Qui contra jus societatis humanae, furtis, rapinis, eorumque invasionibus aliquid abstulerit, reddenda potius quam domanda censemus, Zachari publicani evangelico exemplo. Epist. 54, *ad Macedonium*.

10. Quis advocatus cux aut advocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo, dicat, Recipe quod mihi, cum tibi male adessem, dedisti, et reddo alteri tuo quod me agente inique abstulisti. Epist. 54, *ad Macedonium*.

11. Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur penitentia, sed fingitur. *Prosee.*

12. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum. Epist. 54, *ad Macedonium*.

13. Plerumque qui auferit res alienas, amittit: sive alios patiendo, sive ipse male vivendo: nec aliud habet unde restituat: hic certe non possumus dicere, Redde quod abstulisti. *Ibid.*

14. Peccat, qui peccatiam debuit, cum habeat unde reddat, recusat reddere. Lib. 2 *de Serm. Dom. in monte*, cap. 5.

15. Qui ad paupertatem respicit, desperat de restitutione: si vero de restituendo desperas, malum malo curas. Super *Psalin. xiv. conc. 4.* vers. 6.

16. Nulla illi penitentia remittitur peccatum, si cum possit non restituit ablatum. Epist. 77, *ad Hugonem de S. Victor.*

17. Aratus sicut canis devorata eromit, dum injusta restituit. Serm. 4 *Don. 6. post Pent.*

18. Tenetur detractor ad restitutionem bonae fame quam abstulit: majus enim bonum auferit detractor quam raptor. In *Centiloq.*, part. 4, sect. 13.

19. In quantum teneor alteri restituere, in tantum mea non sunt mea, sed illius cui teneor. Lib. 2 *de Projectu relig.*, cap. 45.

20. Si in bonis proximum damnificasti, age penitentiam, et labora ad restitutionem. *De Perfect. chart.*, art. 9.

21. Quidquid violenter cuilibet ablatum fuerit, ipsi restituatur, qui ablatum est. Lib. 4 in *Registro*, indict. 9, cap. 42, epist. 42, *ad Petrum subdiacon.*

22. Qui bona alterius injusto detinet, agnoscat se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam pervenire valet, nisi bona que injuste abstulit, restituat. Habetur in *Decret. Gratiani*, part. 2, *de Penit.*, dist. 6, can. *Falsus*.

23. Nemo qui rapit, moriens si habet unde reddat, salvabitur: si eos quorum fuit, invenire non poterit, Ecclesie vel pauperibus tribuat. Habetur in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 14, quest. 5, can. *Nemo*.

24. Difficillimum est, famam semel lesam restituere. Super *Proverbia*, cap. 25.

25. Si fur tenetur ad restitutionem rei furate, quanto magis susnetur ad restitutionem fame denigrata. Super *Ecclesiasticum*, cap. v.

26. Fur potest restituere quod abstulit, scilicet pecuniam: mendax autem testis non potest restituere quod retulit, pacem scilicet cordis sui, et famam proximi. *Ibid.*, cap. 20.

27. Redde ablata, sic et teipsum a criminibus liberabis. Homil. 33 super *Gen.*

28. Si rapuisti, acerrime teipsumaccensa, et restitue. Homil. 52 super *Matth. Oper. perf.*

29. Cum fure multo pejor rapax sit, multo plus restituere debet. *Ibid.*, homil. 53.

30. Si alicujus pecuniam frande abstulisti, aut rem aliquam per violentiam rapuisti, redde ei que abstulisti. *Prosee.*

31. Abstracta rei peccatum, rerum recompensatione dissolvitur. Homil. 44 *Oper. imperf. super Matth.*

32. Etsi alio rapiente rapis frueris, et si injuria affectos nosti, eis redde, et Zachamum imitare, cum restitutionis incremento. Homil. 45 super I *Cor.*

33. Homo, qui hominis alterius bona sine voluntate ipsius possidet, ad restitutionem tenetur. *De Ruina monast. ordin.*, cap. 4.

34. Alienum restitutioni censetur obnoxium. *Ibid.*, cap. 6.

35. Non solum te sufficiat admoneri, ut alienis non rapias: sed ut quosque comperis precepta, restituas. Lib. 7, epist. 48, *ad Gallum comitissam*.

36. Dignum est, ut quidquid per injustitiam partium, quidquid aliis violenter ablatum, domini cui nunc preas, adjaecere cognoveris: in

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOAN. TRITH.

S. PETRUS DAMIAN.

quantum tibi possibile est, reddere non moreris. *Ibid.*

S. THOMAS  
AQUINAS.

37. Non modo qui aliena rapuerunt, sed qui etiam iniuste acceptionis aliquo modo causa fuerunt, restituere tenentur. 2, 2, quest. 62, art. 7.

38. Id restituere quod iniuste ablatum est, est de necessitate salutis. *Ibid.*, art. 2.

39. Non tantum sunt restituenda ablata, vel iniuste accepta; sed etiam omnis proventus, et omnia lucra ex his provenientia, sunt restituenda. *De Usuris*, cap. 20.

40. Illud est restituendum, quod nullo jure sit suum. *Ibid.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

SENECA

41. Ab his incipe, ut non auferas, sed aliis ablata restituas. *De quatuor virt.*

SITT'S  
PHILOSOPH.

42. Quae mundi sunt, mundo : et quae Dei sunt, reddantur Deo. *Sent.* 17.

Vide etiam tit. *Acquirere*, sent. 410; *Fama*, sent. 32, 71; *Invenire*, sent. 5, 6, 7, 8, 17, 20, 21, 22, 24; *Usura*, sent. 45.

## RESURRECTIO CHRISTI.

## SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Vidit Maria resurrectionem Domini, et prima vidit, et credidit : vidit et Maria Magdalena, quamvis adhuc nutaret. Lib. 3 *de Virginitas*.

2. Resurrectio Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis gloria. Serm. 52, *in die Pasche*.

3. Primum maximum fidei fundamentum est, in resurrectionem Christi credere : credit enim quod ipse non moriatur, si credat quisque in resurrectionis auctorem. *De Joseph.*, cap. 13.

4. Resurrectio Christi, vita est universorum. Super *Psal.* XXXII.

S. ATHANAS.  
MAGNES.

5. Resurrexit Dominus tertia die mortis spoliato inferno, esclato inimico, abolita morte, fractis quibus tenebatur vinculis peccatorum. Serm. super illud : *Invenietis pullam*.

S. AUGUST.

6. Clarificata carne Christus resurrexit, sed non luit in ea clarificatione discipulis suis apparere, qui non potuissent oculis suis talem claritatem perspicere. In *Dialogo* 65 *quest. ad Orosium*, quest. 14.

7. Non mortuum est Verbum, et resurrexit : sed in Verbo caro mortua est et resurrexit. *Prosee*.

8. Ibi mortuus est Christus, ubi es moriturus : et ibi resurrexit Christus, ubi tu es resurrecturus. Super *Psal.* LXXIX, vers. 23 : *De abyssis terra reduxisti me*.

9. Securus mortuus est pastor pro ove, qui re-

surgens possidet ovem. Super *Psal.* XCIX, vers. 3 : *Et oves pascae ejus*.

10. Unus resurrexit iam moriturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus; resurrexit filia archisynagoga, sed moritura : resurrexit Christus, non moriturus. Super *Psal.* CXXI, vers. 4.

11. Dies resurrectionis Christi, defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Serm. 7, *Dom. in Oct. Pasche*.

12. Pascha Christi est regnum caeli, salus mundi, vita credentium, occasus inferni, gloria supernorum, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis divinae, pretium redemptionis humanae, cognitio mortis abolita. *Ibid.*

13. Resurrectio Christi operatione virtutis homines elevat de imis, suscitavit de terrenis, collocat in excelsis, consummat justos, firmat dubios, damnat incredulos.

14. Resurrectio Domini, spes nostra est : ascensio Domini, glorificatio nostra est. Serm. 2 *de Ascens.*

15. Nos Christi mors vivificavit, nos resurrectio erexit, nos ascensio consecravit. *Ibid.*, serm. 3.

16. Ideo Christus mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur. In *Enchirid.*, cap. 420.

17. Resurrectionem Christi non sicut nostram in longum differi oportebat, ut in exemplo carnis ejus disceremus, quid in nostra sperare deberemus. Epist. 120, cap. 9.

18. Christus resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret mortem continere quasi nunquam victurus. *De Calvechis rudib.*, cap. 22.

19. Directus est justus, quando Christus resurrexit a mortuis, et ad caelorum regna conscendit. Super *Psal.* VII, vers. 10 : *Et avrages jussum*.

20. Tanta celeritas, Dominicae resurrectionis fuit, ut dormisse potius, quam mortuus aestimetur : resurgens fortissimus, qui ut imbecillis occubuit. Super *Psal.* XLVI, vers. 9 : *Non adjiciet ut resurgat*.

21. Resurrexit Christus, ut ad resurrectionem quoque ipsius spes se nostrae infirmitatis extendat. Super *Psal.* LVI, vers. 1.

22. Resurgit Christus, ut nos erigat. *Ibid.*

23. Surrexit post justa facta Jesus. Lib. 1 *Pedagog.*, cap. 5.

24. Honorificatus est Christus resurgens a mortuis, victor mortis, spolians inferos, et captivos premitens ad superos. *De Resurrect. Christi*, cap. 3.

25. Resurrectionis gloria in Christo, omne quod

infirmum et fragile videbatur, clarificavit, absolut. Exposit. super *Symbol. Apost.*, cap. 17.

S. CYRILLES  
ALEX.

26. Cum Christus vita esset ex sui natura, tertia die resurrexit spoliatis inferis, portasque perpetuo clausas iis qui infra debebant, reseravit. Hom. 6 *de Feste paschal.*

S. CYRILLES  
HIEROSOL.

27. Qui descenderat ad inferos, rursus ascendit et qui sepultus erat Jesus, tertia die vere surrexit. Cateches. 4, *de Resur.*

S. EUSEBIUS  
EMISEN.

28. Nos Christi mors vivificavit, nos resurrectio erexit, nos ascensio consecravit. Homil. 2 *de Ascens.*

29. Si ea die qua Christus mortuus est, vel nocte qua (consecuta est, statim resurrexisset, vix eum aliqui veredefunctum crederent. *Prosee*.

30. Confirmatio autem mortis, est dilatio resurrectionis : et e contrario mortis veritas, resurrectionis auctoritas est. Homil. 2 *de Symbolo*.

31. Resurrectio Christi est defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis gloria. Homil. 4, *Pasche*.

BLOSS. INT.

32. Radix amara crucis evanuit, flos vitae cum fructibus erupit : qui jacuit in morte, surrexit in gloria. Super illud *Marci* XVI : *Surrexit, non est hic*.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

33. Caro Domini eo ex passione sua robustior extitit, quo per infirmitatem moriens, a morte sine infirmitate resurrexit. Lib. 3 *Moral.*, cap. 41 super illud *Job* II : *Egressus igitur Satan*.

34. Redemptor noster ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus. *Ibid.*, lib. 14, cap. 27.

35. Virtus Christi est gloria resurrectionis ejus. Super *septem Psal.* *Pentit.*, Super *Psal.* V, vers. 24.

36. Non debet homo jam de resurrectionis veritate ambigere, cum sciat verum hominem Christum a mortuis resurrexisse. *Ibid.*, super *Psal.* VI, vers. 6.

37. Redemptor noster moriendo mortem superavit, eamque resurgendo consumpsit, et resurrectionis sua gloriam ascendendo declaravit. Homil. 29 super *Evang.*

RAYMO.

38. Non indigni in resurrectione Christus auxilio angelorum, qui propria virtute claustra dissipavit inferorum. Serm. *in die Pasche*.

39. Domini resurrectio festivitatis angelorum fuit et nostra : angelorum quoniam numerus eorum qui retrogressus per apostatam angelum immunitus fuerat, ex animabus fidelium adimpletur : nostra festivitas est quia de perditione nos liberans, ad societatem angelorum revocavit. *Ibid.*

40. Surrexit per humanitatem, qui nullum Tom. IV.

casum in divinitate habuit : et ideo resurgere voluit, qui nunquam cecidit, ut ille erigeretur, qui stare nolumus. *Ibid.*

41. Cerne manus, Judae, quas fixeras : cerne latus, Romane, quod foderas : videte corpus autem idem sit, quod diebus clam nocte sustulisse discipulos. Epist. 4, *ad Heliodor.*

42. Resurrectionis gloria in Christo clarificavit omne quod prius infirmum et fragile videbatur. Epist. 18, *ad Rufin.* *de Symbolo*, super illud : *Tertia die resurrexit a mortuis*.

43. Pietas est non ambigere, et justitia est credere, et salus Christi confiteri resurrectionem. Lib. 10 *de Trinit.*

44. Ideo angelus prior resurrectionis est index, ut quodam famulatu paternae voluntatis resurrectio nuntiaretur. Super *Math.*, can. ultimo.

45. Samson fractis seris, subtractisque portis, securus evadit : Christus raptis inferni sedis obicibus, apertoque sepulcro, recepto corpore, a morte liber egreditur. Hom. 4 *ex Divers.* in *Math.*

46. Nolle mori, est timoris humani : mori et resurgere, est solius Deitatis insigne. Serm. 5 *fer. 5, Passion.*

47. Post custodias sevas, et vincula dura, post illusiones et verbera, post aceti et fellis pocula mixta, post supplicia crucis et vulnera, post ipsam mortem, surrexit de suo funere Christus. Serm. 3 *de Resur.*

48. Redit ab occiduo orbe latens vita, et in monte salus servata resurgit, pulchrior reditura caro post funus. *Ibid.*

49. Surrexit de suo funere caro nova, reditiva phenicis, quam ultimus sol, et cinnamna coxerant pietatis. *Ibid.*

50. Resurrectio Christi secundum carnem, fide cognoscenda est. Serm. 11 super *Epist.* ad *Philipp.*

51. Resurrectio Christi nativitate est inferior : quoniam illius multa saepe facta sunt exempla, hujus vero nunquam. *Ibid.*

52. In resurrectionis Christi verus confessor et cultor est, qui et de passione ejus non confunditur, et de corporea nativitate non fallitur. Serm. 8 *Quadrage.*

53. Resurrectio Salvatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morari passa est in sepulchro, et tam velox incorruptae carnis vivificationi fuit, ut major ibi esset saporis similitudo, quam mortis. Serm. 1 *de Resur.*

54. Resurrectio Domini non finis carnis, sed commutatio fuit; nec virtutis augmento consumpta substantia est. *Prosee*.

55. Qualitas transiit, non natura deficit : et

S. HILAR.

S. JOHANNES  
CHRYSOST.

S. LEO I.

factum est corpus impassibile quod potuit crucifigi; factum est immortalis, quod potuit occidi: factum est incorruptibile, quod potuit vulnerari.

RICHARD. A  
S. VICTORE.

56. Una resurrectio Domini secundum carnem, geminam nostram resurrectionem efficit, et animarum in presenti, et corporum in futuro. Part. 1, serm. in die Pascha.

S. THEOPH.  
ALEX.

57. Salvator noster, pignus salutis, nostris corporibus in resurrectione sui corporis tribuens, non potest credi ultra moriturus. Epist. Paschal. 2.

S. THOMAS  
AQUINAS.

58. Christus in juvenili etate resurgere voluit, ut futuram resurrectionem qualitatem in seipso premonstraret. Part. 3, quest. 46, art. 9.

59. Necessarium fuit Christum ex mortuis resurgere, non modo ad divinæ justitiæ commendationem; ad fidei nostræ instructionem, et spei erectionem; verum etiam ad vitæ fidelium informationem, et salutis nostræ consummationem. *Ibid.*, quest. 53, art. 1.

60. Christus perfecta resurrectione omnium primus resurrexit a mortuis, cum non amplius ut ceteri, moriturus resurrexit. *Ibid.*, art. 3.

61. Cum Christus per humilitatem passionis, resurrectionem mereretur, ipsiusque resurrectio nostræ resurrectionis causa et exemplar fuerit, corpus Christi gloriosum resurgere debuit. *Ibid.*, quest. 54, art. 3.

62. Non debuit Christus postquam surrexit a mortuis, diu cum discipulis suis conversari, ne ad vitam rediisse mortalem putaretur: sed aliquanto tempore, ut se vere resurrectisse ostenderet. *Ibid.*, quest. 55, art. 3.

63. Frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate resurrectionis. *Ibid.*

64. Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis. *Ibid.*, in Supplemento, part. 3, quest. 77, art. 3.

65. Sicut Samson abstulit media nocte portas Gaza, et exiit; ita Christus media nocte aulæ portas inferni, resurrexit. *Ibid.*, quest. 41, art. 4, argum. 2.

66. Quia resurrectio facta est in Dominica, ideo celebramus illum diem, sicut Judæi sabbatum propter primam creationem. Opusc. 9, de Decem præceptis, præcept. 3, verbo *Memorato*.

67. Christi resurrectio non debuit usque ad finem mundi differri, nec etiam nimis accelerari, ut virtus divinitatis ostenderetur, et veritas mortis intra triiduum approbaretur. *De Resurr. Christ.*

THOMAS A  
KEMPIS.

68. Quis est, qui digne Pascha in spiritu celebrat, qui de vitis ad virtutes transmigrat, qui de

veteri vita et mala consuetudine in novæ devotionis statum surgit? Medit. 32, de Christi resurrectione, cap. 4.

69. Christus in sua resurrectione primo apparuit virgini Mariæ matri suæ. Sermon. 1 Pascha.

S. VINCENTI  
FERRARIUS.

## RESURRECTIO HUMANA.

Definitio. Resurrectio est naturæ nostræ in antiquum statum restitutio. *De Anima et resur.*

S. GREGORIUS  
NYSS.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Cum venerit iudicii dies, reddet terra defunctorum corpora, et pulvis restituet eas, que in tumulis requiescent reliquias mortuorum. *De Bono mortis*, cap. 10.

S. AMBROSIO.

2. Jesus Christus Dei virtus, vita, lux, resurrectio mortuorum: virtus erigit jacentem, vita gressum effert, lux fugat tenebras, reparat oblitum, resurrectio vivendi gratiam reformat. *Orat. de Fide resur.*

3. Qui virum morientur, qui moriuntur resurgent. *Prose.*

4. Propior est saluti, qui moritur ut resurgat, quam ille qui vivit ut moriatur. *Super Psalm. xxxvii.*

5. In ipso raptu mors proveniet, et quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur. *Super II Thessal. iv*, in illud: *Cum illo raptemur in nubibus.*

S. ANTONIUS  
ADELIS.

6. Erit resurrectio post mortem, et iudicandi erimus a Deo, qui redditurus est unicuique secundum opera sua. *Serm. de Vanitate mundi.*

S. AUGUSTINUS.

7. Resurgat plus populus, ut veteris hominis sui reliquias transformet in novum. *Prose.*

8. Resurgat autem impius populus, qui ab initio usque ad finem veterem hominem gesserit, ut in secundam mortem precipietur. *De Vera relig.*, cap. 27.

9. In resurrectione mortuorum, distabit gloria meritorum. Epist. 146, ad *Consentium*.

10. Resurgat corpus secundum christianam fidem, que fallere non potest: quod cui videtur incredibile, qualis nunc sit caro attendit, qualis autem futura sit non considerat; quis illo tempore immutationis angelicæ non jam caro erit et sanguis, sed tantum corpus. *De Fide et Symbolo*, cap. 40.

11. Philosophi quorum argumentis sæpius resurrectionis carnis resistitur, quibus asserunt nullum posse esse terrenum corpus in celo, quod libet corpus in omne corpus converti et mutari posse concedunt. *Ibid.*

12. Resurgent sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla cor-

ruptione, onere, difficultate, in quibus tanta facilitas resurgendi, quanta felicitas erit. In *Enchirid.*, cap. 91.

13. Eadem caro corruptibilis que cadit tam justorum, quam injustorum, incorruptibilis resurgit; que vel penam sullenre possit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis. *De Ecclesiasticis dogmatibus*, cap. 6.

14. Sicut corpus in resurrectione sua vitam et sensum recipiet, sic anima in resurrectione sua vitam et sensum recipiet; scilicet cognitionem et amorem Dei. *De Spiritu et anima*, cap. 86.

15. Restat ut suam recipiat in resurrectione quoque mensuram, quam vel habuit in juventute, etiamsi senex est mortuus, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. *Prose.*

16. Nec ultra, nec infra juvenili formam resurgent mortuorum corpora, sed in ea etate et robore, usque ad quam Christum hic pervenisse cognovimus, circa quippe triginta annos definitur esse, etiam sæculi hujus doctissimi homines, juvenutum. *Lib. 22 de Civitate Dei*, cap. 15.

17. Resurgent omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in juvenili etate, quamvis nihil oberit, etiamsi erit infantilis, vel senilis corporis forma. *Ibid.*, cap. 16.

18. A corporibus doctorum amovebitur in resurrectione omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio. *Ibid.*, cap. 20.

19. Quid mirabilis inter Dei mirabilia, quam mortuos suscitare? *Super Psalm. lxx*, vers. 18.

20. Plus est homines creare, quam resuscitare: dignatus est tamen Christus et creare et resuscitare: creare omnes, resuscitare quosdam. *Prose.*

21. Resuscitavit Christus filiam archisynagogi, adhuc in domo jacentem: resuscitavit juvenem filium viduæ, extra portam civitatis elatum: resuscitavit Lazarum sepulchrum quadriduum; sunt tria genera peccatorum, quos hodie suscitavit Christus, delectationis, operis, consuetudinis. *Tract. 49 super Evang. Joan.*, cap. xi.

22. Animas suscitavit Deus per Christum Filium Dei, corpora suscitavit Deus per eundem Christum, Filium hominis. *Ibid.*, tract. 49, cap. 5.

23. Animæ resurgunt per potentiam Dei, corpora per dispositionem humanam. Resurgit anima ab iniquitate, per id quod Deus est: resurgit corpus a corruptione, per id quod homo est. *Ibid.*, tract. 23, cap. 5.

24. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum moriturum. *De Verb. Dom.*, serm. 44.

25. Nemo tam facile dormientem excitat in læcio, quam facie Christus in sepulchro. *Ibid.*

26. Morere ut vivas, sepelire ut resurgas. *De Verb. apostoli*, serm. 15.

27. In resurrectione mortuorum, christianorum spes tota consistit. *Ibid.*, serm. 34.

28. Ipsam resurrectionem carnis, que partur tardius, partim omnino non creditur, ita certam tenemus, ut certius nobis non sit solem, cum occiderit oriturum. *De Quantitate anime*, cap. 33.

29. Sicut ad mortis, sic nec ad resurrectionis differentiam valet diversa natiivitas. *Prose.*

30. Non est absurdum ut similiter resurgant corpora, que dissimiliter orta sunt. Epist. 49, quest. 1.

31. Non ad hoc resurgat corpus justorum, ad quod resurgat corpus impiorum. *De Agone christi*, cap. 7.

32. Hoc erit post resurrectionem, ut corpus omnino eam quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat. *Lib. 1 de Doctrina christiana*, cap. 24.

33. Resurrecturam carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque nascentur, et mortui sunt atque morientur, nullo modo debet dubitare christianus. In *Enchirid.*, cap. 84.

34. Qui irridet resurrectionem, putantes quod caro ista, quia putrescit, resurgere non potest, ad penam in ea resurrecturi sunt, et ostendit eis Deus, quia qui potuit hæc corpora facere antequam essent, potest ea in momento restituere sicut erant. *De Catechiz. rud.*, cap. 27.

35. Omnes fideles regnaturi cum Christo, ita resurgent in eodem corpore, ut etiam commutari mereantur ad incorruptionem angelicam. *Ibid.*

36. Phoenix de sua morte renascens, resurrectionis corporum typum gerit, si tamen, ut creditur, de sua morte renascitur. *De Anima et orig.*, cap. 20.

37. In resurrectione mortuorum, quod vivet non morietur; tunc quod sanabitur, non segrotabit; tunc quod sanabitur non esturiet, neque silet; tunc quod renovabitur non veterascet. *Tract. 47 super Joan.*

38. Nulla in operibus Christi videtur esse major, quam suscitatio mortuorum. *Ibid.*, tract. 91.

39. Resurgat justus ut judicet, peccator ut iudicetur, impius ut sine iudicio puniatur. *Super Psalm. i*, vers. 6.

40. Radix totius bonæ operationis, est spes resurrectionis: expectatio enim retributionis animam erigit in spem. *Catechiz.* 48.

41. Omnis anima credens in resurrectionem, merito sibi parat: non erudens autem resurrectioni, exposita fit perditioni. *Prose.*

CASSIODORUS.

S. CYRILLUS  
HIEROSOL.

42. Credens manere corpus in resurrectionem, parci illi tanquam vesti, et non possit eam in iniquitatibus : qui vero non credit resurrectionem, exponit sese libidini, ac veluti alieno abutitur corpore suo. *Ibid.*
- FRANCISCUS  
VITELI. 43. In novissimo magni iudicii, et generalis examinis die, non resurgent reprobi ad gloriosam illam beatorum immutationem, ad quam resurgent electi. In *Elucid.*, super *Psalm.* 1, vers. 6.
- HAYHO. 44. Sit certissima spes omnibus nobis quia vera resurrectio carnis, quae processit in Christo, sequetur in nobis. *Prose.*
45. Caro ista omnium hominum mortuorum sive fidelium, sive infidelium resurget in fine : sed caro fidelium resurget ad gloriam, caro infidelium resurget ad poenam. *Serm.* 1 in *Octava Pasche.*
46. Nemo tam facile de somno, quam mortui resurgent incorrupti. *Serm.* 2 *Dom.* 22 post *Pent.*
- S. HIERON. 47. Resurrectionis virtus, angelicum hominibus conficiet statum, ut qui de terra resurrexerint, non iterum in terra cum pecudibus, sed in caelo cum angelis vivant. *Ibid.*, super illud : *Carnis resurrectionem.*
- S. HILARIUS 48. Cum omnis caro redempta in Christo sit, ut resurgat, et omnem assistere ante tribunal ejus necesse sit; non tamen omnibus gloria et honor est promiscuus resurgendi. In *Explanat. Psalm.* 1v.
- S. JOANNES  
CHRYSOST. 49. Cum sit difficile in hoc mundo servare justitiae sanctitatem, quis contentus esset adversus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem aspiceret resurrectionis? *Prose.*
50. Tolle spem resurrectionis, et soluta est tota observantia pietatis. *Homil.* 42 super *Matth. Oper. imperf.*
51. Mors vincitur, homo resuscitatur, inferorum catena franguntur : lingua movetur, manus officio preparantur, oculis visus redditur, vestigia gressibus explicantur, auribus renovatur auditus. *Homil.* de *Lazaro resuscitato.*
52. Ne sinas corpus tuum, dum hic est, vivere; ut in resurrectione universalis vivat : fac ut moriatur, ne moriatur. Etenim si vivum permanerit, non vivet : si vero mortuum fuerit, tunc vivet. *Serm.* 13 super *Epist. ad Romanos.*
53. Resurrectio est divinae virtutis opus, eo quod Deus impositae telluri ut discedat, mandabit, et nullus ministrorum hoc faciet, quemadmodum aliquando evocavit Lazarum. *Homil.* 8 super I *Thessal.*
54. Si resurrectio non est, fides omnis evanuit : si resurrectio non est, inanis est predicatio : si resurrectio non est, neque resurrexit Christus :

quod si non resurrexit neque natus est, neque in caelum ascendit. *Homil.* 5 super II *Tim.*

55. Quemadmodum caput resurrexit a mortuis, sic et reliquum corpus omnis hominis, qui invenitur in vita, impleto tempore condemnationis suae, quae erat propter obedientiam, resurget. *Lib.* 3 *advers. Haeret.*, cap. 21.

56. Qui corpus ex nihilo effecit, nullo magis effectum ad vitam revocabit. *Lib.* 2 *Epist.* 43, ad *Eustathium.*

57. Mortuorum resurrectio erit, et claudorum cursus erit velox, et surdus audiet, caecividebunt, et mortui loquentur. *Lib.* 4 de *Divin. inst.*, cap. 15, verbo graeco *Nespio.*

58. Quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare hominem a Deo, sicut primum potuisset fingi, ita posse denuo reformari? *Prose.*

59. Nihil esse post obitum, et ante ortum nihil fuisse : sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari.

60. Porro difficultus est, id non sit incipere : quam id quod fuerit iterare. In suo *Octavo.*

61. Certissima fiducia est christianorum divinitus promissa, resurrectio mortuorum. *Serm.* 5, de *Resur.*

62. Crede, homo, de morte resurgere te posse; quia antequam viveres, nil fuisti. *Prose.*

63. Quare ergo dubitas, quod resurges, cum tibi totum, quod in rebus est, quotidie sic resurgat? *Serm.* 59.

64. Veniente Christo resurgent mortui, sistenter vivi, ut pariter causas reddant de suorum ratione factorum. *Ibid.*, *serm.* 60.

65. Resurget caro, resurget ut ipsi jam sumus, ut agnitio maneat personarum, ut et martyr de persecutoris poena letitiamumat, et persecutorumat de martyris honore supplicium. *Ibid.*

66. Mori nolle, est timoris humani, divinae virtutis est surrexisse de morte. *Prose.*

67. Hic ergo non offendat mortis auditus, ubi resurrectionis gloria abscondit mortis injuriam : quia hominis quod moritur, Trinitatis est quod resurgit. *Ibid.*, *serm.* 61.

68. Resurrectionem mente, ore, oculis, spectet, canet, cogitet christianus, ut totam, mortis possit despiciere et calcare formidinem. *Ibid.*, *serm.* 118.

69. Qui nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus es, cum esse desideris : cur non posses esse rursus de nihilo ejusdem auctoris voluntate, qui voluit esse de nihilo? quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es : cum iterum non eris, fies. In *Apolog. advers. Gentes*, cap. 48.

70. Ubiunque resolutus fueris, quaecumque

te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodigerit, reddet te : ejus est nihilum ipsum, cujus est totum. *Ibid.*

71. Fiducia christianorum, resurrectio mortuorum est. *De Resurrectione*, cap. 1.

72. Nemo tam carnaliter vivit, quam qui negat carnis resurrectionem. *Ibid.*, cap. 11.

73. Semen, ut reddat, interceptum : ut custodiat, perdit : ut integret, vitiat : ut ampliet, prius decoquit : siquidem uberiora et cultiora restituit, quam exterminavit. *Prose.*

74. Omnia in statum redeunt, cum abscesserint : omnia incipiunt, cum desierint : ideo finiuntur ut fiant, nihil deperit, nisi in salutem : totius igitur hic ordo revolvibilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. *Ibid.*, cap. 42.

75. Adhuc mortali sarcina cincti homines, spe resurrectionis animum delectando, aeternam vitam expectant. *Super Psalm.* xxi, vers. 28.

76. Omnes, qui sunt pietate et vera religione illustrati, consequuntur primi resurrectionem. *Super I Thessal.*, cap. iv in illud : *Resurgent primi.*

77. Christianismi universum negotium, in resurrectionis dogmate situm est. *Super I ad Cor.*, cap. xv.

78. Fatendum est resurrectionem esse futuram, in qua anima suo corpori in perpetuum unietur. *Part.* 3, *Supplementi*, quest. 75, art. 1.

79. Cum nulla anima perpetuo possit a corpore separari; necesse est, sicut unum, ita et omnes resurgere. *Ibid.*, art. 1.

80. Et si tempus futurae resurrectionis determinate recognosci non possit : tamen probabiliter dicitur resurrectionem futuram in crepusculo, ut ad idem punctum redeat sol et luna, in qua creata creduntur. *Ibid.*, art. 3.

81. Necessarium est fateri omnes mortuos, et a morte resurrecturos esse. *Ibid.*, quest. 78, art. 1.

82. Haereticum est dicere eundem hominem non resurrecturum, qui mortuus est : alioquin enim homo vane factus esset, si ad finem propter quem factus est, venire non posset. *Ibid.*, quest. 79, art. 2.

83. Cum oporteat in resurrectione corpus omni ex parte respondere animae, oportet etiam ut omnia membra humani corporis in resurrectione resurgant. *Ibid.*, quest. 80, art. 1.

84. Cum resurrecturus sit homo in omni naturae suae perfectione, capillos et ungues in eo resurgere oportebit. *Ibid.*, art. 2.

85. Cum humores in corpore humano pertinent ad perfectionem humanae naturae, eos simul resurgere cum corpore humano, necesse est. *Ibid.*, art. 3.

86. Conveniens est, ut omne id quod est de veritate humanae naturae, resurgat cum ipsa. *Ibid.*, art. 4.

87. Conveniens est, ut homines resurgant in juvenili aetate, quae inter decrementum et incrementum constituitur. *Ibid.*, quest. 81, art. 1.

88. Homines ejus staturae, cujus aut erant, aut futuri erant in juventute, resurgent. *Ibid.*, art. 2.

## SENTENTIA PAGANORUM.

89. In proximum puto, brevitate vite definitos, in integrum restitui. *De Consolat. ad Marciam*, cap. 20.

90. Mors, quam pertimescimus ac recusamus; intermittit vitam, non eripit : veniet iterum, quae nos in lucem reponat dies. *Epist.* 36.

SENECA.

## RESURRECTIO A PECCATO.

*Definitio.* Exarctio a peccato, est in pristinum divinae servitutis alacritatem reparatio. *Sec.* 1, super *Psalm.* iii, vers. 5 : *Exurrexi.*

Resurrectio nihil aliud est, nisi in pristinum statum restitutio. *Homil.* 1, super *Ecclasiastem.*

Resurgere dicitur, qui prius moriendo cecidit. *Epist.* 34, ad *Minerium et Alexandrum.*

Resurrectio nihil aliud est, quam secunda ejus quod cecidit erectio. *Lib.* 4, de *Fide orthodox.*, cap. 28.

Resurrectio est ejus, quod ceciderat resurrectio. *Super Marc.*, cap. xii, in illud : *Qui dicunt non esse resurrectionem.*

Resurgere a peccato, est reparari hominem ad ea quae peccando amisit. 1, 2, quest. 109, art. 7. *Divisio.* Resurgitur, ab infidelitate ad fidem, a vitis ad virtutes, a desperatione ad spem, a cupiditate ad charitatem, ab activa vita ad contemplativam, a morte ad vitam, a miseria ad gloriam. *Super Psalm.* xii.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Homo per se cadere potest, per se autem nunquam resurgere potest. *De Paradiso animae*, part. 1, de *Virtut.*, cap. 24.

2. Dum in hoc corpore vivitur, nullus est desperanda reparatio. *Lib.* 2, de *Vocat. gent.*, cap. 10.

3. Cum caro subdita fuerit animae, tunc jam non quasi mortua jacet in sepulcro suo conditio humana, sed resuscitatur per gratiam Christi. *Lib.* 5, *epist.* 19, ad *Horontianum.*

4. A quibuslibet lapsibus delictorum facile surgitur, quando operam a reparatore suo possit elius. *Lib.* 10, *epist.* 84, ad *Demetriadem.*

5. Pascha hebraice transitus dicitur, quia per hoc mysterium de pejoribus ad meliora transitur. *Prose.*

FRANCISCUS  
VITELI.S. GREGOR.  
NYSS.

S. HIERON.

S. JOANNES  
DAMASC.

THEOPHYL.

S. THOMAS  
AQUINAS.

REGGARD.

S. ALBERT.  
MAGNUS.

S. AMBROS.

THEOPHYL.